

& ubi reus plus de conscientia, quam de gehenna erubescit incendio. S. Chrysol. l. 125. Longe horridior, quam ignis, erit ille pudor, quem perpetuo retinebunt. S. Basil. or. 23. de Iudicio. Etiam iumenta percussit, occidit, & cremari possunt; verendum non possunt. Tunc homo maxime ut homo patitur, quando pro delictis suis publice confunditur. S. Thom. Vill. conc. D. 1. Adv.

§. XIV.

Judicium quibus non timendum, sed gratum futurum.

Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum rella sunt peccata. Pf. 32.1. Sed quomodo teguntur, si manifestantur? simile: pretiosa vestis reginae, licet aliqua parte rupta, non ideo rejicitur; sed factor, loco ruptura, aurum, lapillos, gemmas, apponit; ut ruptura nihil amplius habeat dedecoris. II. 49. 18. loquitur Pater Filio: vivit Dominus! quia omnia his (jullis) velut ornamento vestitis. Ruptura apposta Christi merita, sanguis. Oforius D. 1. Adv. Latetur, & exultent Gentes, quoniam iudicis populos in aqua. Pf. 66. 5. Quarendum nobis est, quare timeat Gentes letari, & exultare, cum Iudicium Dominum dicat facturum? metuere enim potest rea conscientia, cum audit veracem Dominum iudicaturum. Sed de illis dicit, qui jam confessi peccate, formidare nequeunt ventura Iudicia: illis enim non Iudex, sed advocatus est Christus, qui se propria confessione damnaverunt. Cassiod. hic.

Quid dicitur tibi? aut quid opponatur tibi ad linguam dolosam? Pf. 119. 3. hoc est, juxta expositionem Augustini, & Euthymii, quod tibi dabitur antidotum, quare consolatione refectus, cum te videris vulneratum lingua dolosa? Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatoris. Hae tibi sit consolatio, quia jam peccata sunt fugata Dei in Iudicium venturi, honorem tuum defendunt. Oforius D. 1. Adv.

Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Luc. 21. 28. Erunt iusti in hac vita inest, demisso capite; quos Mundus putat nunquam sua capita levaturos. Dominus autem, loquens de Iudicii die, ait, tunc illos capita levaturos, quando mali dicent mortuis, cadite super nos. Stella de cont. van. p. 1. cap. 61. Supra dixerat, signa Iudicii magnam hominibus allaturam timorem. Nunc suos admonet, ne timeant; cum signa viderint; sed animo sint hilari. Avertant impii pra timore; vos discipuli, & omnes iusti, timeatis; sed respicite in caelum. Caput deiecerit eorum est, quos timor, & moror; premit; caput levate eorum, quos fiducia, laetitiaque, exhilarat. Elcob. t. 5. Proph. Chr. Obf. 7. Sect. 2. §. 2.

Si veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Act. 1. 11. Sic veniet, non veniet vobis terribilis. Sic veniet in ipso corpore, vobis in amore, impis in terrore. Beati, quibus dicitur, sic veniet. Numquid sic veniet oculis peccatorum? S. Aug. l. 6. de Ascens.

Salvatorem respiciamus D. N. J. C. O. Philipp. 3. 20. Expectantes beatam spem. Tit. 2. 13. Sancti Hieronym. hic: qui pie in hoc Saeculo vivit, iuste beatam spem, Christi que adventum, expectat: sicut enim impietas magni Dei reformidat adventum; ita securi de opere suo, & de fide, illum pietas praesolat.

Sed Ois, qui diligit adventum eius. 2. Tim. 4. 8. Amat Domini adventum, qui illius leges sequitur, & ex illis vitam instituit. Theod. Iudicatio Domino lugubre Mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient; potentissimi quondam reges nudo latere palpabunt. Adducetur & cum suis stultus Plato discipulis: Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus, & pauper exultabis, & ridebis, & dices: Ecce Crucifixus Deus meus! ecce Iudex, qui obvoluit pannis in praesepio vagit, & c. S. Hier. ep. 1. ad Heliod.

Præbet apud Dominum nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus homo: est nobis spes magna penitentibus, quia advocatus noster factus est noster Iudex, qui non vult mortem peccatoris. S. Eligius hom. 8. Libenter illius Iudicium subeo, & amplector sententiam, qui pro me miserum, & indigno, servo suo, iudicatus, & mortuus est; & ne me damnaret ad gehennam, ad Crucem se damna-ri permisit. Hunc non recuso Iudicem, quem habui Redemptorem: Agnum, inquam, pro me occisum, hunc Iudicem effragito, hunc desidero, hunc totis viribus concupisco, Non ipse crudeliter accusabo, quia Agnus est. S. Thom. Vill. Conc. 1. D. 1. Adv.

Andronicus Imp. cum postis infulis, indueret religionis habitum, dixit: in die Iudicii extremi sub ea veste religiosa factus est, quam sub purpura. Ionghen Exh. 25.

§. XV.

Iudicium salubriter timetur.

Deus mollivit cor meum. Iob 23. 16. S. Greg. cor mollitur; quando supremi timore Iudicii penetratur; quod fit, quando Dominus aufert cor lapideum, & dat cor carneum. Ezech. 11. 19. idest, molle; quod possit penetrari clavo timoris, vel gladio amoris. Hugo Card. hic.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcani circumdabit me. Pf. 48. 6. Quod me timere faciet in die mala, non est paupertas; quia Iudex non corrumpitur donis; non est humilitas generis, aut status; quia Iudex non respicit personas; non est malitia testium, aut advocatorum; quia Iudex omnia novit; non est potentia adversariorum; quia Iudex neminem timet; denique nihil aliud est, nisi iniquitas; & non quævis iniquitas, sed sola iniquitas calcani mei, idest, iniquitas extrema vite mea. Bellam. hic.

Qui novit peccatum suum, & pra timore tuo in tantum dimittit. Pf. 89. 11. Qui novit, quantum fit Deus, ille novit iustitiam, & iram ejus. Oforius D. 1. Adv. Quot tribulationes, quot infirmitates patitur, tot stillas de Iudicio Dei sentimus. Hugo Card. in Joan. 16.

Non intres in Iudicium cum servo tuo. Pf. 142. 2. Sic rogat Deum timens David. Mirandus Iob, qui Iudicium Dei non videtur exhorrescere. c. 13. 18. si servo iudicatus scio, quid iustus apparebo. Quæ causa dissidentis in rege, fiducia in Iob? Arguebat Davidem conscientia de adulterio, & homicidio; ideo timet Iudicium. Iob vero innocens vivit a puero: neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. c. 27. 6. S. Bern. l. 3. de confid. fortitudo tua, fiducia bonæ conscientie; decor tuus, splendor bonæ opinionis. Alv. Illust. 114.

Non intres in Iudicium cum servo tuo Domino. 142. 2. Quid ais David? nonne servus Dei es? cur non gaudes rationem Deo reddere? quia sentiebat, Iudicium Dei ad id rigidum esse, ut vix iustus salvari possit. Si servus Dei timet, quid agit servus Mundi, carnis, diaboli? Stella in Luc. 11.

Cum audieritis prælia, seditiones, nolite terri. Luc. 21. 9. Interfurentia prælia jubentur Discipuli non timere; quia, licet ferviant creaturae, non tamen statim finis est, non inquit ultimi Iudicii pugna; solum illud est timendum. Bæza t. 3. l. c. 4. §. 3.

Timor Iudicii pedagogus est ad pietatem. Sancti Basilii in II. 11.

Anima sterilis, quid agit? quid torpes anima peccatrix? dies Iudicii venit, juxta est dies Domini magnus, juxta est velocis nimis dies ira & c. Quid dormitas anima tepida, & digna evomit quid dormitas? Qui non expurgabitur, qui non tremat, ad tantum tonitruum; non dormit, sed mortuus est. S. Anselmus l. de miser. hom.

Time, quod in die Iudicii ei præsentandus es, in cuius manus horrendum est incidere: hic timor inquit sapientia dicitur. Pfal. 120. 10. Unde est, quod non dicitur, memorare primordia, aut media, sed novissima. Eccli. 7. 40. S. Bern. f. de primordiis, med. & noviss.

§. XVI.

Iudicium cur universale?

Multi homicidæ in lecto impune defuncti sunt, ubi ergo Dei iustitia? saepe autem, qui homicidia quinquaginta paravit, semel tantum capite plectitur; ubi ergo illorum quadraginta novem poenas dabit? nisi post hanc vitam fuerit Iudicium, & retributio. S. Cyrill. Jerol. Catech. 18.

Virtus non solum meretur premium, sed etiam honorem; imò honor proprie virtutis premium est, & illi maxime debitum. Similiter peccatum non solum meretur poenam, sed etiam confusionem, & verecundiam. Unde iustissimi præcipiunt Leges Imperatorum, ut delicta publice puniantur: ut videlicet poenam infictam affantium verecundia, & confusio, comitetur. Tuncigitur homo maxime ut homo punitur, quando pro delictis suis publice confunditur. S. Thomas Vill. conc. 1. D. 1. Adv.

§. XVII.

Iudicii memoria suadetur.

Ex Veteri, & Novo. Venerunt ad fontem Malphas, ipsa est Cades. Origenes legit: venerunt ad fontem Iudicii, qui vocatur Cades. Gen. 14. 7. Cades interpretatur iudicatio, vel iudicium. Omnis, qui se ad sanctimoniam convertit, habet semper ante oculos suos fontem Iudicii: prospicit enim diem Iudicii. Orig. hom. 10. in Num. Tulerunt septem (Sacerdotes) ex eis septem buccinas. Iob. 6. 12. 13. Per sacerdotes buccinantes intelligit S. Aug. l. 106. de temp. Concionatores de extremo Iudicio, & Angelica tuba. His personantibus muri cadunt: quia ad timorem Iudicii vitia corruunt. Pinna Eth. 99.

Judi-

Iudicium inter me, & te. 1. Reg. 24. 13. Nihil est, quod magis proficiat ad vitam honestam, quam ut credamus; cum Iudicium futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delictent. Sic David, ut Saulem non solum pertereret, sed & corrigeret, ait: iudicet O. Mendoza in 1. Reg. 2.

Iniquitas sunt via illius omni tempore, quæ causa? auferuntur Iudicia tua a facie eius. Pfalm. 10. 5. Secundum Hebr. Irremediabile periculum est, si aliquid vitii, & cupiditatis, fræna laxare; ut se Deo rationem non meminerit redditurum. Puto, quod jam magna sit peccati poena; metum, ac memoriam, futuri perdidisse Iudicii. S. August. l. 25. de temp. apud Pinna Ethol. 99.

Custodi vias Domini, nec impie gessi a Deo meo; quoniam omnia Iudicia eius in conspectu meo semper. Pfalm. 17. 22. 23. Nunc dicit causam, quare vias Domini custodierit, aut impie non gesserit: quia jugiter Iudicium ejus terribilia cogitabat. Cassiodorus hic.

Uniusquisque vestis super femur suum, propter timores nostrorum. Cant. 3. 8. Ensis super femur, Iudicium divinum; ad quod inevitabiliter imus omnes. Interrogavit quidam Discipulus, factus in magno desiderio vigilandi pro Christo cultu, quemdam eruditionem in placitis moribus senem: quomodo possum bene vigilare, & orare, die, ac nocte? Et ait senex; timor divini Iudicii si fuerit involubiliter tuo cordi præfixus paululum dormies, modicum dormitabis: vigilabis utique, atque orabis; & velut pestem figies gravem somnum. Experimento didici, nihil facere tan animam vigilem, quam timor inevitabilis Iudicii, & distictæ, atque infuberfugibilis examinationis. Simon Cassianus l. 4. c. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Confidera Iudicii imminente sententiam, & inextinguibiles gehennæ flammæ, & c. si potes, relicta Ecclesia, sæcularibus sollicitudinibus implicare. S. Amb. f. 4. de camelo.

Si mentes cererent homines peccatores, quæ Iudicium imminet Mundo; sensus humanus non dispergeret vanitate sæculari. Idem l. ad virg. laps. apud Did. Nyls. f. 1. Dom. 1. Quad. §. 4.

Memineris Iudicii, & non erit sortatio; neque ulla iniquitas apud te invaleret: nam dum Dei oblivisceris, tunc deum cogitas perverfa, & iniqua perficis. Sancti Cyrill. Jerol. Catech. 2.

§. XVIII.

Ad Iudicium præparatio.

Et State parati in diem tertium - & ecce cooperunt audiri tonitrua. O. Ex. 19. 15. Dies tres nobis.

Domine, ne in furore tuo arguas me. Pf. 6. 2. Petit, ut ante Iudicium, non in Iudicio, corripatur; quia, qui ibi corripitur, sine dubitatione damnatur. Cassiod. hic.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Ib. v. 3. Infirmitatis consilio coelestis Medici misericordiam monet: à qua facile impetrantur remedia, cum ostendatur vulnera manifesta. Non enim dixit, quoniam mereor; sed quia iustitiam tuam sustinere non valco. O clementia magna Creatoris! à Iudice percipimus, quid rei dicere debeamus: docemur pietatem petere; ne nos iustitia possit absumere. Id. hic. Amemus clementem defenorem, quid patiamur severum Iudicem. Id. in Pf. 56.

Ante Iudicium para iustitiam tuam tibi, & antequam loquaris, discito. Eccl. 18. 19. Ad litteram verba hæc cum sint generalia, de quolibet Iudicio sumi possunt. Si accipias de Iudicio extremo, sensus erit: sicut locutus sum prius dicit, quid loquetur: sic tu locutus, & responsurus, Christo, Iudici te examinati, prius hic discere præctice bene vivendo, quod tunc respondeas. Corn. hic.

Surrexerunt omnes virgines, & ornaverunt lampadas suas. Matth. 25. 7. Surgunt ergo omnes virgines illæ, sapientes, & stultæ, & aptant lampadas suas: idest, rationem præparant reddere de operibus suis. S. Aug. ep. 119.

Induamur arnalucis. Sicut in die honestè ambulemus. Rom. 13. 12. 13. Lyranus censet hic non diem fidei, sed diem extremi Iudicii, significari. Sicut in die, scilicet Iudicii, inquit honestè ambulemus. Magna honestè ambulandi ratio; ita ambulare, sicut vellemus ipso die Iudicii ambulare. In die solliciti sunt homines de habitu corporis decenti, non de nocte. Jonghen Exh. 25.

Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum iustum. 1. Jo. 2. 1. Addidit iustum: Iustus namque Advocatus iniustas causas non suscipit: qui tunc iustus defendendos in Iudicio, si nosmetipsos nunc & cognoscimus, & accusamus, iniustos. V. Beda hic.

Quid eo vel spectaculo gratius, vel fructu ejus dulcius? videre ferta pœnitentia, velut quædam speciosi turis monilia; corpore uvas, vel aureo colore, vel purpureo, renitentes? Nec advertis, ex his admonerit, o homo! ne immaturos fructus tuos dies supremus inveniat. S. Amb. hexam. c. 12. l. 3.

Nihil futuro Iudicio debet, qui quotidie vota persolverit. Nec est, ne rationem impositorum præstat, qui de die in diem Domino honorum operum fructum iusto labore ditatus obtulerit. S. Valerianus hom. 4. de bono Discipul.

Iudicii diem Prophetæ vocant diem Domini: quia præsentis dies nostris sunt, nobis dati; ut in salutem utamur. Diez conc. 1. in Adv.

§. XIX.

Iudicium ut propinquum spectat.

Juxta est dies Domini magnus, juxta est, & velocis nimis. Soph. 1. 14. Teridem repetit; cum tamen multis annis à Prophete tempore distaret. Unde dicitur Matth. 25. 19. post multum verò temporis venit Dominus servorum illorum. Si nullum temporis est ad reditum Domini, quomodo juxta est dies Domini? Perpetuo Domini desiderio ad remunerandos suos longum erat tempus: At attentæ vite brevitate; juxta est dies Domini. Hebr. 10. 37. Adhuc modicum, qui venturus est. Sylv. in Joan. 16.

Securis ad radicem arborum posita est. Matth. 3. 10. Securim vocat Iudicium Domini; arbores autem singulos. Theophylactus hic.

Moram facit Dominus meus venire. Luc. 12. 45. S. Rup. lib. 1. in Apoc. familiare mori Prophetarum, & omnium sanctorum vigillum; qui adventum illum vigilanter præviderant, dicere cito venit, velociter apparet. At verò servus malus putat in tempora longa fieri istud, dicens in corde suo: moram faciet O.

Dominus meus auferet a me villicationem. Luc. 16. 3. Non dixit auferet de futuro; sed auferet de presenti: quia mortuos, tempusque reddendæ rationis, non ut futurum; sed ut præsens debemus considerare. Sylv. hic.

Quæ oportet fieri cito. Apoc. 1. 1. Cum multa hic revelata pertineant ad finem Mundi, cur dicitur, quæ oportet fieri cito? quia etiam longissimum præsentis vite tempus, æternitati comparatum, brevissimum, & momentaneum. Sic Apoc. 22. 7. ecce venio velociter. Sylv. hic.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omni oculus. Apoc. 1. 5. & 22. 20. ecce venio cito. Cur in præsentis q. d. hoc tempus, quod fluit usque ad diem Iudicii, mihi breve videtur. Sylv. hic.

Oportet tanto studio vitam nostram instituire; proinde ac mox de omnibus verbis operibus, & cogitationibus iudicandi essemus. S. Chrysol. t. 1. hom. 1. in Gen.

Rationibus nostris consulamus Charissimi, quoniam tempus breve est. B. Iñas Abb. or. 15.

Miscellanea.

Erunt signa O. Luc. 21. 25. Vilius mihi aliquando, non tam benignè agi cum particulari, quam generali Iudicio; quia hoc tot signa solis & c. præcedunt; illud autem tæpe innotuit hospite, five non præmia admonitio, et præsentatur. Re autem maturius excussa comperit nullum perire, quem Iudicium particulare non perficius signis admoncat. Signa, ipsa brevitas vite, mortes aliorum, morbi, & c. ipsam peccatum. Elcob. t. 4. Proph. Chr. Obf. 7.

Gemamus modicum, ne semper gemamus; plorems modicum, ne in æternum plorems; non parcamus nobis, ut parcat ipse. Quod enim quisque fuerit in seipsum districtior peccatorum vindex! eò illi mitior tunc apparebit Iudex. S. Thom. Vill. conc. 1. D. 1. Adv.

TITULUS XXVII. JUDICIA DEI.

§. I.

Non serueris. Sicut probis solatio.

Ex Veteri.

Custodi vias Domini, nec impie gessi a Deo meo. Cur? quoniam omnia Iudicia eius in conspectu meo; & ideo iustitias ejus non repuli a me. Pfalm. 17. 22. 23. Nam invidiam, & capitale odium Saulis, peridas populi persecutiones; diras, maledicta Semei, rebellionem filii mei; & iustitias ejus esse reputavi. Cur enim non haberet jus excecandi Dominus meus, aut me puniendi Iudex meus? qui tam bonus est; ut velit etiam malis bene uti; tam potens; ut e contrariis contraria exprimeret posse. Stengelius Judic. div. t. 1. Procem. §. 4.

Iustitias tuas abyssus multa. Pf. 35. 7. Evadit plerumque fur debitum sibi laqueum; & iustus acinoceens, traditur ad suspendium. Comprehenditur; qui non peccavit, & qui peccavit, laruit tuta fuga. Prævalet homicida, & occidit tutor vite Pauperum incenditur domus; & prædonum intacta habitacula manebunt. Dissipatur cisterna ejus, qui scientibus propinabat; neccalia eveniunt, qui hominum Sanguinem bibunt. A Deo, aut

aut ab homine, infirmabitur, fovens infirmos; & infirmans sanos fortes erit. Male inchoans adipiscetur bonum suum, & bene inchoans confundetur. Quis, dum defendit, offenditur, & alius defenditur, dum defendit. Quis talia dinumerare possit! quomodo igitur cessabimus a querelis? quomodo exclamabimus ad Deum? quis quietabit animos nostros? quis amplexabitur iustitiam in suis effectibus tam diversam? nisi cum Apostolo dicamus: d. *altruendo Sapientia!* 1. Cor. Rom. 11. 13. Deo demus iustam iustitiam; nobis autem ignorantiam tribuamus: sequere quiescamus a talium discussione; si coram Deo esse volumus sine offensione. Temerarius est servus, qui toram Secretorum Domini voluntatem exhaurire festinat. Et superbissimum est nobis sub celo, querere, quod super celos est reservatum, scire. -- Nam cum Deus sit summe iustus, nihil iniustum facit; sed omne, quod facit, eo ipso iustum est, quo ipse fecit. -- Et cum nihil, secundum Job 5. 6. in terra sine causa fiat; igitur causa nobis ignota, cur sic procedit, ex Deo iustitia commissa. Cum sit summe optimus, bonum operatur absque commixtione contrarii. Cum sit summe sapiens, non erret in opere. Cum sit summe misericors, nihil facit impie. Cum sit summe potens, ordinem Universi, pulchritudinem iustitiae, magnitudinem imperii sui, dehonellat per aliquod iniustum non finit. Simon Cals. l. 1. c. 25.

Ut iumentum factus sum apud te. Pl. 72. 23. Non amplius hoc patiar, neque feram aliquid indagare, vel curiosè inquirere eorum, quæ à tua Sapientia administrata sunt; verum instar iumentum tuos nutus sequar: sic enim à tua providentia non me destraham. Nam, ut iumentum ducentem sequitur, quod non curiosè exquirat, quod trahatur; sic à tua gratia gubernatus, sequar & ego, minime tuam providentiam curiosè inquirens. B. Theod. hic.

Ipsa Dominus Deus noster, in universa terra iudicia eius. Psalm. 104. 7. Qualia iudicia? iustitiae, & misericordiae: quoniam misericors Dominus, & iustus. Psalm. 114. 5. Hæc iudicia, licet quandoque horrida primo sint aspectu; in recessu tamen Deum amanti sunt jucunda; dulci nucleo sub duro cortice latent comparanda. Psalm. 118. 39. *iudicia tua jucunda.* Sten- zelius cit.

Vendit, & frater, iudicia Domini. Prov. 16. 11. Author Cat. Græc. sic explicat: non quovis modo iustus est Deus; sed ita iustus, & æquus; ut omnia eius opera ad amicum, & quasi ad libellam, sint redacta. Ut enim illa, quæ ad bilancem expenduntur; ad eam rediguntur æqualitatem, ut nullum profusus excessum, aut defectum, admittant: ita omnia opera Dei ad iustum pondus exactissime sunt facta. Porro iudicia Dei sunt varia. 1. Supplicia, quæ iuste Deus peccatoribus ad mensuram scelorum addicitur, & infligit. 2. Proemia, quæ iustus tum in hac, tum futura vita, pro mensura meritorum, impendit. 3. Sunt variae conditiones, status, & fortæ hominum. 4. Sunt tentationes, & tribulationes: has enim iusto iudicio ita librat Deus; ut viribus hominis tum naturæ, tum gratiæ, congruant, ut ferendo sint. Rursus, sicut in libra, si in una bilance pondus imponas, altera prius depressa attollitur; sic Deus tribulationes corpori imponit; ut mens, prius in terram depressa, sefelevert ad Deum, & amorem cœlestium. Corn. hic.

Dubius velabant faciem eius. 1. Cor. 13. 2. Cur faciem, & pedes tegunt? Divinorum Decretorum principium, & finem; sive ordinem, & causas; & quo consilio, quo fine, id à Deo præscribitur; nullo modo disquirere audent. Iubet ipse? conclusum est. S. Bern. l. 4. de verb. If. apud Efcob. Pers. Chr. t. 2. lib. 9. Sect. 2. Obs. 8.

Ex Novo.

Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Matth. 13. 27. S. Palsch. l. 7. in Matth. vox hæc, unde habet Zizania? plena admirationis, plena stupore, & pavore. Torum ergo se ignorare ostendunt, idcirco cesset humana præsumptio, cesset hæreticorum pravitas; quæ de divino iudicio, & præsentia Dei, temerè aliquid definire, vel susurrare præsumunt: cum & ipsi Angeli piè interrogando, se ignorare fateantur, quo iudicio congerit? S. Chrysol. l. 97. *Domine, nonne bonum semen seminasti?* *seminasti;* non seminavimus nos, quod per te facimus, tibi semper nostro assignamus authori: nos, præter tuam gratiam, nihil habemus! per quam stamus, movemur, & sumus; sine qua jacemus, deficiamus, & perimus.

Velo huic no: istmo dare, sicut & tibi. Matth. 20. 10. Verbo velo docet nos Christus, quod de voluntate divina, quæ semper altissima ratione operatur, non debemus inquirere; cur hoc, & illud faciat? sed debemus nos illi maxime subicere, & conformare. Sylv. Addit. hic: Deus nobiscum nullo pacto contrahitur, nullum chirographum donationis ex debito producere possumus cum ipso in iudicio. Unde damnata iudicia, quare illi, & non mihi? quare in afficientibus sensum mihi, & non illi? quare plus mihi, quam illi? quare quod illi, non mihi? Et huiusmodi querelis humana non cessat præsum-

ptio Deum læsere. Non terrenus rex potest unum malefactorum de lege iusta exilio tradere, aliumque in malefactorum consimilem de misericordia liberare? Quæ ergo injuria facta est, qui est de iustitia interemptus, si alter de misericordia est liberatus? Sim. Cals. l. 6. c. 21.

Ex Patribus, & aliis.

Quis intelligat, cur vivit alius infidians mortibus proximorum; & moritur alius, qui profuturus esset vitæ multorum? alius culmen potestatis allequitur, qui non nisi lædere studet: alius tantummodo læsos defendere concupiscit, & tamen ipse oppressus jacet. Alius vacare appetit, & innumeris negotiis implicatur: alius negotiis implicari desiderat, & coactus vacat. S. Greg. l. 29. c. 18.

Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse. S. Aug. ep. 3.

Omnia Dei iustitia, & providentia, gubernantur, & quæ nobis non videntur habere rationem, iustitiæ plena sunt, atque rationis. S. Hier. in c. 9. Jer.

Noli à me scitari Dei consilium, & sententiam. Nescis, quod omnium ille curam habeat, quod sapiens sit: quod nihil agat contra rationem? nihil frustra? Illum te magis amare, quam proprii parentes ament; ac longo intervallo, & paternam, & maternam sollicitudinem superare. Nihil igitur præterea quæras, neque ultra hæc septa transilias: satis siquidem sunt ista, superque satis, ad consolationem. S. Chrysol. l. 2. in ep. ad Rom.

Cur illorem non miserus, & homin miserus Deus, quæ scientia comprehendere, quæ potest investigare sapientia? non intelligimus iudicantem, sed videmus operantem. Quid calculamur iustitiæ occultæ, qui gratias debemus misericordiae manifestæ? Laudemus, & veneremur, quod agitur: quia tutum est necire, quod tegitur. S. Prosp. l. 2. de vocat. Gent. c. 15.

Qua causa Deus hæc, de quibus loquimur, ita faciat; nolo à me requiras. Homo sum; non intelligo secreta Dei: interrogare non audeo, & ideo etiam attentare formido. Sufficiat tibi, quod Deus à te agi, ac dispensari, cuncta testatur. Sicut enim plus est Deus, quam omnis humana ratio; sic plus mihi debet esse, quam ratio; quod à Deo agi cuncta cognosco. Salv. de gubern. Dei l. 3.

Consideratio iudiciorum Dei, si cum debita humilitate, & reverentia, hædilis, & pii, cordis suscipiatur; si cum captivatione intellectus, nullam existimo potiorum, sed efficaciorum, ad consecutionem legitimæ consolationis, viam divinitus elargiri. Quod sensit propheta Plal. 118. 52. *memor sui iudiciorum tuorum;* -- *et consolatus sum.* Et exultent filii Iuda: propter iudicia tua Domine. Psalm. 47. 12. Gerlon lib. 1. de consol. Theol. p. 3.

Iudicia Dei vocantur occulta: incognita est causa, sed non incognitus est, qui tacet, aut permittit. Non potest esse iniustum, quod facit, qui semper est iustus. Non est Domini, ut servus de negotiis suis reddat rationem. Ubi in hero-prudentia est, debet in servo esse reverentia: non est de homo, iudicis tui iudex. Stengelius Jud. div. t. 1. in Proem. c. 3.

Nihil de viro bono mali suspicamus; consilia facta, dicta, & illius nunquam finitè interpretamur: cur de bono Deo male cogitemus, qui nunquam potest fieri malus. Arbor bona potest arefcere, vinum bonum potest expirare; gemma bona potest perdere splendorem; homo bonus potest in vitia declinare; potuit & angelus bonus excidere: at consilia, iustitia, & veritas Domini manet in æternum. Plal. 32. 11. Posunt ipsi cœli veterascere: at Dominus nunquam deficit. Id. ib. c. 5.

S. II.

Judicia divina, & humana.

Ab humero & sursum Saul eminebat super universum omnem populum. 1. Reg. 9. 2. quo dicto brutum percussit vulgi iudicium: cò quod statuar, non meritis, falces adscribat. De Eliab autem ait Dominus ad Samuellem 1. Reg. 16. 7. *ne respicias vultum eius, neque altitudinem stature eius.* S. Rup. in l. Iud. c. 21.

Quam diversum iudicium Dei à Mundi iudicis! Apostoli dicunt, *ut quid peritio hæc?* Christus vero: *bonum opus operata est.* Matth. 16. 8. 10. Oforius D. Palm.

Illud apud te est pretiosum, quod in hoc Mundo scleratis hominibus videtur abjectum. Cassiod. in Pl. 59.

JUDICIA HUMANA.

S. I.

Errant sæpe, & falluntur.

Exempla & Testimonia.

Ex Veteri.

De ligno scientia mali, & boni nò comedas. Gen. 2. 17. Concessit Deus homini generalem licentiam comedendi ex omnifarbore paradisi, excepto ligno scientiæ. Sed cur hoc lignum interdicitur? expedire homini videbatur, gustare poma hujus arboris; ut exinde bonum discerneret à malo. S. Ambros. l. de parad. c. 11. quia scivit, infirmum te esse ad iudicandum, voluit obedientem esse mandato: idcò præceptum posuit. De Castillio illat. 195.

Judicia humana erroribus plena. Rist. Abraham, accepta de filio promissione à Deo. Gen. 17. 17. Rist. & Sara. Gen. 18. 10. hæc reprehenditur, ille non. Et Pharaos, & Abimelech, uxorem Abraham eriperunt; & nihilominus Deus illum tantquam adulterum punivit. Gen. 12. 17. hunc tantquam innocentem absolvit. Gen. 20. 6. Et Gedeon, & Zacharias, signum rei ab angelo prædictæ habere voluerunt; quæ hominum noscat discernim. Et nihilominus Deus Gedeoni tantquam fideli, morem gessit. Judic. 17. 36. Zachariæ, tantquam incredulo, vocem abstulit. Luc. 1. 20. Moyses, & Jonas, se à prædicando idololatris apud Deum excusantur: & nihilominus Deus Moysi pepercit Exod. 3. & Jonam corripuit. 1. 15. Saul reprehensus à Samuele, & David reprehensus à Nathan, pariter responderunt, peccavi. 3. 15. 24. 2. Reg. 12. 13. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 10. Sect. 4.

Digeris panis fer vinum, quo madas. 1. Reg. 1. 14. Heli falsè censuit de lugente Anna: non bibit fœmina, sed oravit: non lugeret, si bibisset; non resideret in tabernaculo, sed vagaretur in comitis; nisi foret abstemia. Oliva f. 4. D. 4. Quadr.

Non vales resistere Philistinis isti. 1. Reg. 17. 33. Quam falsè judicavit Saul de Davide, dum singulari certamine contra Goliath pugnantem: nam statuarum, & extatent, respexit. Sed auditis ejus facinoribus: leonem, & ursum interfecit; eum in pugnam dimisit. Oliva conc. 29. f. 6. in Quadr.

Aliquando à longè videmus, credo esse brutum, quod accedens hominem agnosco. Ezech. 1. 5. *in medio ejus similitudo quadrup animalium.* Porro. cap. 10. 3. 20. *et intellectus, quia Cherubini essent.* An distincta curus inventio? Eadem planè. Quomodo ergo, quos animantes vidit, Cherubinos esse cognoscit? an quia oculi sepe falluntur? Quoties putas, te in proximo vidisse bruti speciem; & re attentius considerata, comperis esse Cherubinum? Gaspar Sanchez. Ipecharat prius Propheta, procul tamen quia spectabat in celo: nunc autem, qui proximis aspicit; non jam amplius animalia nominat, sed Cherubinos. Efcobar t. 3. Coll. Chr. l. 8. Sect. 1. Obs. 3.

Ex Novo.

Sinite utraque crescere. Matth. 13. 30. propter similitudinem, quæ inter Zizaniam, & triticum. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 10. Sect. 4. Monemur à temerario iudicio abstinere: quia multa virtutis actiones vitii specie obijci solent. Inter lolium, & triticum, quando herba est, magna similitudo est; & in discernendo difficilis distantia. Deo reservandum iudicium. Efcob. t. 6. Parab. Chr. l. 10. Sect. 2. Obs. 1.

Infundens oleum, & vinum. Luc. 10. 34. Quam tardè ferenda de aliis sententia: quis enim videns Samaritan iter arripere bene nummatum, variis instructum deliciis, non illum Epicureum clamasset. At vinum, oleum, jumentum, nummi, non delicias domini, sed medicinam languido ministrarunt. Oliva l. 13. Strom. hic.

Scio opera tua; quia nomen habes, quod vivas; & mortuus es. Apoc. 3. 1. Nota, quam sit humanis oculis cor humanum impenetrabile. Mortuus erat apud Deum Episcopus Sardenis; anima cadaver gelabat in fuomet corpore misere sepultum; & tamen vivus, ac sanctus credebatur. Ramirez hic.

S. II.

Judicia humana sperne, ser patienter.

Ex Veteri.

Ingredere tu - te enim vidi iustum coram me. Gen. 7. 1. Adit signatur, coram me idest, in oculis meis. Hinc inferes, quam vanè sibi quis gratuletur, quod vulgari idest, imprudentissimo populi iudicio, vivens, ac florens, cum misero Sardenis evectur in cœlum; si interim divino, idest, oculatissimo iudicio, mortuus; & in Infernum dejiciendus introspicitur, Ramirez in ep. 5. Apoc. 3.

Ambula coram me, & esto perfectus. Gen. 17. 1. Quasi dicitur. P. Spanner Polg. Tom. 1.

ceret, ait Joannes Cluniacensis, mihi solum attende; cœteros non cures. Labora, ut mihi placeas; hominum gratiam sulkre, deque, habe. Ego enim sum Dominus Deus tuus: ego iudex. Si per me absolvaris; parum refert, quod totus Mundus te condemnet. Si ego tua opera habeo grata; aliorum dicteria, murmura, & obtræctiones, ne cura. Didacus Nyss. l. 6. c. 4. vit. Ab.

Iustus est lampas contempra apud cogitationes divinum. Job 12. 5. Sicut lampas de die contemnitur & c. ita iusti, & religiosi, apud potentes de die prosperitatis, & vitæ, nocte noctis eorum auxilium, & consilium petunt. Broymard.

Nigra sum, sed formosa. Cant. 1. 4. Nigra sum iudicio Mundi, formosa iudicio Dei. Card. Petrus de Aliaco. Nigram se dicit iudicio Mundi; sed formosam arbitrio Dei: nigram in conspectu impiorum; sed formosam iudicio angelorum. Hugo Card. hic.

Ex Novo.

Cui similes dicam homines generationis hujus? Luc. 7. 31. Dixerat, cui similes dicam? cur addit: *et cui similes sunt?* quia aliud est, dici aliquid, aliud esse: quamdiu enim aliquid non est, parum retet dici; dictorumque nulla ratio habenda. Si quis malus est hoc metuat: neque curet; si forte per injuriam talis dicatur, Didacus Nyss. l. 6. vitæ Abr. c. 4.

Tu quis es? Joan. 1. 19. Nec fama bonos, nec infamia, potuit facere criminosos. Et iustus iudex, meritorumque liberator: non secundum famam, aut infamiam; sed secundum veritatem virtutis, & vitii, homines iudicabit. Simon Cass. l. 3. in Luc. 3.

Mibi pro minimo est, ut à vobis iudicet. 1. Cor. 4. 3. O-leaster: quasi diceret: parum mihi est, qualis à vobis; aut ab humano die, aut etiam à meipso iudicet: multum vero, si Deus, qui neque falli neque fallere potest, me bonum decernat. Si enim Mundi, aut vestro iudicio, in illa tremenda die astandum esset; merito tunc curarem vulgi, aut vestra iudicia: sed cum solius Dei tribunal adstantum sit, illius bonum iudicium mihi quærendum est.

Non invenio operam tuam plenam coram Deo meo. Apoc. 3. 2. Nam licet videatur plena coram hominibus, non sic coram Deo; qui intuetur cor: ut doceat, humana iudicia spernere. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Prima virtus est Monachi, continere hominum iudicia; & semper Apostoli recordari dicentis: *si adhuc hominibus placerem.* Gal. 1. 10. Tale quid & Dominus loquitur ad Prophetas. Ezech. 3. 8. Jer. 1. 18. quod postier faciem eorum quasi urbem æneam, & lapidem adamantinum, & columnam ferream; ne paverent ad calumnias populi; sed impudentium substantium frontis rigore contemnerent. Ingenia liberaliter educata facilius verecundia, quam metus, superat; & quos tormenta non vincunt, interdum victi pudor. Sanct. Hier. ep. 26. ad Pamachium.

Verè poenitens libenter subit iudicium humanum; ut merito evadere possit iudicium divinum. Rich. à S. Vict. tr. de potest. lig. atque solv. c. 5.

Homines invidia plerumque vituperant, quæ honesta sunt: At in cœlesti theatro res incorruptè iudicantur; & veritas omnibus suffragiis comprobatur. Hoc ergo theatrum, quod delectare necesse est; bonis operibus oblectemur. Homines verò, qui nec piè viventibus præmia tribuere, nec impiè vitam traducunt supplicis afficere possunt; si, per invidiam, virtutis operibus vitiorum nomina imponentes vitam Deo, atque Angelis, approbatam, fictis calumniis, atque maledictis, fuerint infectati; nè moveantur. S. Nilus lib. Alcet.

Cum finis vitæ hominis venerit, rota volvetur rationis humanæ infra rotam iustitiæ divinæ: ut secundum virtutes, non secundum opiniones hominum, merita tribuantur. Sim. Cass. lib. 2. c. 14.

Regula fabrilis in aqua curva apparet. Lem. *Sibi conscia rell.* Mafenii symb.

JUDICIUM RATIONIS.

Sit rellum de re omni.

Vlti stultum firma radice, & maledixi pulchritudini ejus statim. Job 5. 3. Quo loco expendit. S. Gregorius illud statim: carnales quippe mentes, dum videt elatum, & divitem; illum magnificiunt: sed cum videt ejus interitum, iudicio mutato dicunt: ecce quam nihil est omne, quod altum est in Mundo. Oforius l. 5. D. 2. Quadr.

Mendaces filii hominum in stateris. Pl. 61. 10. Agitur hic, juxta S. Basilium, de iudicio rectæ rationis: sed nobis datum est à Deo: ut discernamus, & quasi in quodam appendamus vera bona, & vera mala; apparentia bona, & apparentia mala. Bellarminus hic.

Statua dolosa. Prov. 11. 1. Hugo per statera accepit iudicium rationis; quod rectum; & sincerum, est; cum in eo vera falsis, honesta turpibus, sancta profanis, preponderant. S. Basilus in illud: attende tibi; applicansque illud, Pf. 61. mendaces filii hominum in stateris, ait: mendaces homines corrupta habentes animæ iudicia; quos & Propheta miseris prædicat. Vah dicentibus tenebras lucem &c. Corn. hic. Ugo Carens. statera est rerum æstimatio: in qua si spiritualia præponderant temporalia; iusta est statera; si autem temporalia spiritualibus; tunc dolosa, & falsa.

Va! qui dicitis malum bonum. 11. 5. 20. Ubi regnat affectio, perit omne iudicium. Tanta enim odii perversitas in quibusdam mentibus regnat contra proximi sui bonum; ut illud abominenter tanquam horridum malum: quod quidem omnino fieri non potest, nisi ex summa perversitate malitiæ, per quam homo pervertit suum sensum proprium; & ut merito dignus fiat illa maledictione divina, de qua Iſaias: Va &c. S. Bernardus t. 1. f. 23.

Ex Patribus, & aliis.

Disce de rebus quibuslibet habere iudicium rectum, & incorruptum. S. Chrysoſt. in Pf. 44.

Tantum res qualibet dignetur, quanti æstimator esse. S. Laur. Just. opusc. inter. conf. c. 1.

Ex sola definitione rationis animæ movetur affectus: qui tunc commendatione efficitur dignus: cum innititur veritati; & tanti quodlibet iudicat, quanti est. Id. ib.

Quidam prius iudicant, & postea probant: ego, de positione, utrum dulcis fit, an amara; ante gustum non iudicabo. S. Bernardus ep. 191.

Quemadmodum in speculis, quæ dextra sunt, sinistra; & quæ sinistra, dextra apparent: & navigantibus rates stare, & litora ambulare videntur: ita iis, qui perverso sunt iudicio, mens vertigine titubatur. Stengelius t. 2. jud. div. c. 2.

Magnes ad clavem, & fufum, adhibitis, illum trahit. Lem. Id. curat, quod pondus habet. Borig.

TITULUS XXX.

JUDICIA TEMERARIA.

S. I.

Motiva vitandi.

Ex Veteri, & Novo.

Homo videt ea, quæ parent; Dominus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. 7.

Servatus corda, & renes Deus. Pf. 7. 10. Nullus ergo homo æquissimi iudicis prævertat sibi adsumere vices; neque ante tempus iudicet; donec veniat Dominus. Sanct. Basilus hic.

Feci iudicium, & iustitiam. Pfal. 118. 121. Facit iudicium, quisquis iudicat contra se; & privitates suas ante examen Domini iusta execratione condemnat. Sed ne hoc iudicium adulatorium magis esse putares, quam verum; addidit, & iustitiam: quoniam per iustitiam nos iudicamus, quando delectorum nostrorum vindices sumus. Cassiodorus hic.

Ante iudicium interroga teipsum. Eccli. 18. 20. Alii legunt: Ante iudicium explora teipsum: idest, antequam alios iudices, teipsum scrutare: & ita neminem iudicabis. Diez iudicium tener.

Cum sederis Filius hominis, sedebitis & vos iudicantes. Matth. 19. 28. Non citius, Pinna Eth. 135.

Vidit ibi hominem. Matth. 22. 11. Solus rex vidit hominem veste nuptiali non indutum; ministri, & convivæ, non viderunt. Ad solum enim regem, seu Præsulem pertinet subditorum defectus aspicere, ut corrigant. Subditi suis actionibus, aut corrigendis, aut periculis, student. Escobar t. 6. Par. Chr. l. 1. Obf. 6. Quia malos in conscientia intus intelligere, non omnium est; ideo hunc malum solus Deus, terribilis, & rex magnus, invenit. S. Paschal. l. 10. in Matth. Unde per vestem nuptialem intelligent Patres charitatem; bona opera, & vitam fidei Christianæ congruentem, cuius inspectores esse non poterant servi, sed Rex ipse Deus ipse.

Simile erit regnum eorum decem Virginitibus. Matth. 25. 1. Quare erit? numquid & modo simile non est? simile quidem est & modo; sed hæc similitudo nondum manifestè apparet. Nondum enim apparet, quæ virgines fatæ sint; & quæ prudentes. Multæ enim exterius videntur esse prudentes, quæ interius fatæ sunt. Magna enim fatuitas est, jejulare, vigilare, carnem suam affligere; & per hoc nullam aliam mercedem, nisi vanam gloriam expectare. Nolite ante tempus iudicare. Itæ ad venditores; itæ ad adulatores, qui vili pretio laudis, & favoris, omnia bona vestra vobis furripuerunt: quoniam ideo cuncta agebatis, ut videremini ab eis. Euseb. Emiff. in Natali Virginum.

De peccato quidem. Jo. 16. 9. Sanct. Bernardus in parvis 12.

Spiritus S. arguit Mundum de peccato, quod dissimulat: de iustitia, quam non ordinat: dum sibi, non Deo eam dat: de iudicio, quod usurpat; dum tam de se, quam de aliis, temerè iudicat. Apud Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Quis homo iudicat de homine? temerariis iudicii plena sunt omnia. De quo desperavimus, subito convertitur, & fit optimus: de quo multum præsumpsimus, subito deficit, & fit pessimus. Nec timor nollet certus est, nec amor nollet certus est. Quid sit hodie; quisque homo; vix novit ipse homo: tamen utcumque ipse sit hodie; quid autem cras? nec ipse. S. Aug. lib. de pastor. c. 11.

Amicus prava quæque recta iudicat; contra inimicos; quæ recta sunt, ea videntur esse prava, atque distorta. S. Hier. ep. 61. ad Panachium.

§. II.

Exempla temerè iudicantium.

Deus! gratias ago tibi. Luc. 18. 11. S. Dorotheus doct. 6. neque ex hoc iudicatus est Dominus, quod purum à rapinis, iniustitia, adulterio affirmavit: neque quod dixerit, ut carerent homines: sed ob hoc, quia ad Publicanum convertitur, neque inquit, velut hic Publicanus. Tunc enim iudicatus est, tunc actum est ejus vite. Iudicavit enim ipsam personam, dispositionem mentis, & ut breviter dicam, omnem ipsius vitam.

Persecutebat pellicum suum. Ib. 13. Suum, non alienum non in alium refundens culpam, non causam, non occasionem, non suggestionem Sathanicam; sed seipsum criminans; qui, si nollet, nullo modo peccasset. Simon Cass. lib. 6. c. 25.

§. III.

Qualis tu es, tales alios iudicas.

Num. I.

In genere de bonis, & malis.

Non credent mihi, nec audient vocem meam; sed dicent: non apparuit tibi Dominus. Ex. 4. 1. Oleaster hic Annot. mor. cogitavi non semel penes me; unde hominis tanta diffidentia ad Deum suum? Cognovi ex eo esse, quod, quales nos sumus erga DEUM; talem cum arbitramur erga nos: quia enim nos frequentissimè Deo promissa mentimur; arbitratur etiam Deum nobis promissa non servaturum.

Dixit Jesus ad Moysen: ululatus pugnae audietur in castris, qui respondit: non est clamor adhorrentium ad pugnam; sed vocem cantantium ego audio. Ex. 32. 17. 18. Strepitus ab utroque auditur; & alter pugnam iudicat, alter cantilenam. Pro suo quisque genio suspicatus fuit. Quid strenuus Josue, nisi clamorem bellantium? quid suavissimus Moyses, nisi modulò audiri putaret? Quasi impossibile credit innocens, aliquid reum esse. Insequitur Laban-Jacob, arguens furti idolorum; cui ille. Gen. 31. 32. quod auem furti me argueris, apud quemcumque invenieris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Credit omnes innocentes, quia ipse innocens. Alvarez in Gen. 37. Illustr. 45.

Quare discipuli tui transgrediantur traditionem seniorum &c. Matth. 23. 2. Quoties Pharisei accesserunt cum his nensis? questi de iis, quod spicas colligant in Sabbato; quod non sejunent &c. Quam sollicitam rationem habebant de vita aliorum, & non sui. Non est reperire, quod Apostoli Pharisæorum vitam iudicarent: erant enim virtute præditi; qui suæ potiùs, quam alienæ, vite rationem habebant. Imò cum aliquod illos Dominus interrogasset: quem dicunt homines esse Filium hominis? Matth. 16. 13. scientes quod Pharisei eum vocarent Samaritanum & habentem dæmonium, noluerunt dicere. Illi vice versa non advertentem cordium suorum depravationem; & condemnabant quod in aliis peccatum erat. Diez f. 4. D. 3. Quare.

De corde exeunt cogitationes. Matth. 15. 19. Iudicii, quod de aliis facimus aqua, sapere terram cordis solet; per quam transit. Moyses Barcepchal de parad. p. 1. c. 21. aquæ pro solt indole, per quod fluunt, dulciores, amariore, infusiores, & salsores, evadunt. Simile quid dic, cum vides hominum quidem tam candidos, ut de omni re iudicent bene, & in partem meliorem cuncta interpretentur: alios verò tam maleyolos, ut omnia suspecta habeant, & in sinistra vertant.

Metallum liquefactum figuram sumit à forma, cui infunditur. Unde ex forma cymbali non prodit pila; nec ex forma pile deducitur cymbalum: sic etiam quisque iudicat; & sentit, de rebus, quas videt, & audit, secundum formam cordis sui. Cor sanctum, & charitate plenum, quidquid in se recipit, probitatis formam ei tribuit, & æqui, bonique, consult: cor verò iniquum & malitia plenum, quidquid in illud ingreditur, malitia implet, ac vitio vertit. Diez D. Quinq.

Solis

Num. III.

Mali malè iudicant.

Ex Veteri.

Omnis, qui invenierit me, occidat me. Gen. 4. 14. Omnis autem quo verbo etiam patrem, & matrem, includit: nam qualis ipse erat, tales omnes credebatur. Didac. Nyff. D. 5. Quadr. §. 5. Jura mihi in Domino, nò delect semen meum &c. 1. Reg. 24. 22. Quomodo sic dicitur de David clementia? cum tanta habeat testimonia. Quia, ipse crudelis erat: ex sua malevolentia Davidis animum iudicabat. Sylv. in Matth. 11. c. 22. q. 13. Numquid vox hæc tua fili mi David. 1. Reg. 24. 17. Davidne ille es, quem loquentem audio? non satis mihi persuasum, te esse illum, qui me nunc tam blandè compellaris, & vindictam promptam prætermiseris. Cur de hoc dubitavit? quia ipse erat vindictæ appetens, & durus; ita omnes sui similes putabat Didacus. Nyff. D. 5. Quadr. §. 4. Aman, cum esset superbus, quòd à Mardocheo non adoraretur; superbiæ adscripsit. Esth. 3. 5.

Quare persequimini me sicut Deus? Job 19. 22. Ita enim arguebant eum in sua miseria, ac si ipse nihil more Dei de infirmitate haberet. Sylveira in Matth. 4. q. 20.

Omnis sublimis videt. Job 21. 25. seu ut legit Theodotus, omnem superbum intuebitur (diabolus) Quod clariùs explicat paraphrasis. Nicetæ: omne sublime intuebitur: totus enim superbia est, nihil humiliter mente pertractat. Cum diabolus sic superbissimus, quidquid ei mente obicitur, superbum, & elatum apparet. Sylveira in Matth. 2. c. 8.

Postulat signa sua signa, & non cognoverunt. Pfal. 73. 4. Gilbertus l. 14. in Cant. Signa sua seipsum in signum ponunt; cum ex suæ pravitatis regula alios metiuntur. Signa, inquit, quasi dicat: signa tantum, & non veritatem; signa non certitudinis, sed suspitionis. Ramirez in ep. 2. ad Smyrn.

In via stultus ambulans, cum ipse suspicatus sit, omnes stultos æstimat. Eccl. 10. 3. Nero, quod impudicus amoribus teneretur, omnes istidem teneri putabat; & neminem dari posse, qui concupiscentiam resisteret. Bessius D. 1. Pent.

Ex Novo.

Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à magis. Matth. 2. 16. Albertus M. quia hic Herodes illusor fuit; ideo omnem, quod ad votum malitiæ suæ non obtemperavit, illusionem reputavit.

Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Matth. 4. 6. Sicut diabolus concupiscentia vanæ gloriæ ipse ruit, de cælo, (nam cum esset Angelus, volens se ostendere Deum, perdidit & illud, quod erat; dum voluit appetere, quod non erat) sic putavit & Christum concupiscentia vanæ gloriæ ferri. Nam sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui ipse est bonus; sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui ipse est malus. Sylveira hic q. 26.

Nititur eos, quos tentat, ad excelsa ducere, & in altum elevare: ut, sicut ipse elevatus esset, sic & alios exaltandum ruere faciat. Euseb. Emiff. hic.

Venisti ante tempus conquirere nos. Matth. 8. 29. Qualites, tales iudicas alios: qui intemptivam hominum perditionem moliebantur, dum adhuc vivos sepulchris clauderant; jam præmaturo Domini adventu tenebantur regnum perdendum suspicabant. Bæza t. 2. l. 7. c. 2. §. 8.

Videbo homines velut arbores ambulantes. Marci 8. 24. Non videbat proprium, sed commutatam; non in de, vifa, sed in suis oculis maculatis. Falsi rerum æstimatores de aliis extra se iudicant; & prout intus dicitur concepta nequitia; & tales arbitrantur, quales ipsi depravati persistunt; & ipsi ad bona insensibile, sic alios esse decernunt. Non erant arbores homines, quos videbat. Simon Cass. l. 5. c. 26.

Pater Abraham! Luc. 16. 24. Cur sermonem potiùs dirigis ad Abraham, quam ad Lazarum? Theophylactus; confundebatur forsitan; existimans Lazarum vindictæ avidum: ex suis causis iudicabat illum.

Non, Pater Abraham. Ib. 30. Cur dives hæc dicit? quia ipse Prophetas nullo fructu audiebat: quæ enim ab iis prodita exibat, propalam contempserat; fabularumque loco habuerat. Ex qua re conjecturam faciebat; suos ita fratres comparatos esse. Titus Boitrensis hic.

Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam. Ib. A viro liberalissimo unam guttam solum peti. S. Aug. peti guttam, qui negaverat misericordiam. Cum ipse tam fordidos fuerit, ut nè amicam quidem panis etiam enixè obsecranti mendico dare voluerit; putabat Abraham, & Lazarum similes sui fore. Didacus Nyff. D. 5. Quadr. §. 4.

Obstulit eis pecuniam. Act. 8. 18. Cur audit Simon offerre pecuniam pro emendis divinis donis? Amibetio valde coeca; cumque ipse esset valde ambitiosus; alios tales iudicat Sylveira hic.

In quo iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas. Rom. 2. 1.

Ff 3

Ex

Solis radii, fenestram penetrantes, assumunt eum colorem, quo vitrum infectum est: ita iudicium cor mali pertransiens, quia cor ejus malo colore tinctum. Stella de cont. Mundi p. 1. c. 14.

Num. II.

Boni bonè iudicant.

Ex Veteri.

Quòd autem furti me arguis, apud quemcumque invenieris &c. Gen. 31. 32. Sed quomodo bonus pastor de ovibus tam follicitus, nè deficerent in via. Gen. 33. 13. modo ad eò crudeliter profert mortis sententiam in familiam, filios, servos, & uxores: à quovis enim poterat esse sublata. Abulenti hic: hoc dicebat Jacob ex magna confidentia innocentie suæ, & suorum; qui de se bene sciebat, quòd non furatus fuerit idola Laban; de suis autem id non credebatur. Sylveira in Matth. 2.

Puer non comparat: & ego quòd ibo? Gen. 37. 30. Josephum in cisterna non invenit Rubens; & tamen non suspicatur à fratribus occidit: quia ipse alienus ab occisione ejus, ut patet in textu. Alvarez Illustr. 71.

Reges dominum Deum vestrum, ne auferat &c. Ex. 10. 17. Egressus Moyses de conspectu Pharaonis oravit Dominum. Sed cur sapientissimus Moyses verbis mendacibus credit? Card. Nicolaus Cusan: Spiritus verax Moyses, tantis Pharaonis mendaciis expertus, mendacem non reputat hominem. Sylveira in Matth.

Josue, citò creditur c. 9. 9. 15. adeò sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu æstimant? Et quia ipse amica est veritas, mentiri neminem putant; fallere quid sit ignorant; libenter credunt, quod ipsi sunt; nec possunt suspicatum habere, quod non sint. S. Ambros. offic. 3. c. 20. apud Farnandium in Gen. 3. Sect. 12.

Ex Novo.

Ubi est, qui natus est &c. Matth. 2. 2. Quærun tres Reges Jerosolimam venientes: putantes, quòd in illa urbe denullà alia re semo haberetur quàm de eo, quem investigabat. Stella de amore Dei Medit. 75. Civitatem ingressi, fervido animo, dispersa lingua, sine timore, de rege mire nato incipient percontari: non autem displicere regentibus, & habitantibus civibus; sed congaudentes cum eis, quos de mire nato gaudere putabant, tamquam de glorioso Domino, qui regnum Israël restitueret, & eriperet à tyrannide Romanorum. Simon Cass. l. 1. c. 12.

Qui cum audissent regem abirent. Matth. 2. 9. Non interrogant, quali Herodes esset ingenio; in sub illius variis interrogationibus aliquod perdidit fraudis venenum lateret. Theophyl. ipsi, cum dolo carerent, putabant, & illum absque dolo loqui.

Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 19. ut illi continerent. Cur tam facile credunt, quod piscarii homines possint? S. Chrysoſt. ex illis ipsis, quibus capti erant verbis, facile crediderunt, alios quoque per eadem esse faciendo. Pro more humilium alios esse æstimabant: putabantque, neminem posse esse tam duro animo, qui non crederet verbis quibus ipsi permoti fuerant: nec enim sibi tantum arrogabant, ut vel suspicarentur, sibi gratia aliquod privilegium speciale præ reliquis concessum. Didacus Nyff. D. 10. Pent. §. 4.

Quod facis, fac citius. Jo. 13. 27. Christus D. in cœna tot indicia dedit proditoris; nullus tamen de Juda talequid suspicatus fuit. Non aliud putarunt, quam quòd Judas, qui loculos habebat, iustus sit emere, & sancti; nil mali de proditore ausi sunt cogitare: quod nefas à se alienum non ignorabant, hoc condiscipulo adscribere verebantur. Didacus Nyff. Pol. cœl. p. 1. l. 7. c. 8.

Hæstantes, de quo diceret. Jo. 13. 22. idest, quem Discipulorum notaret dicendo, unus vestrum: quilibet enim eorum, præter Judam, fuit sibi conscius de bono affectu erga Magistram, & quod nihil tale proponeret, idem quoque de Discipulis æstimavit. Veruntamen certi de veritate verborum Christi, & quòd magna esset fragilitas infirmitatis humanæ, putabant sic futurum: sed dubitabant, per quem? Imò, secundum Hieronymum, quilibet eorum timuit sibi metipsum. Dionysius Carth. hic.

Si tu sustulisti eum dicit mihi. Jo. 20. 15. Cum Magdalena Dominum in sepulchro quaerit, ipsi Redemptori eum non noverat, dixit: si tu es. Quia is, qui amat, putat omnes de eadem re, quam tractat, tractare; & quod quaerit, quaerere. Stella de amore Dei Medit. 75.

Cujus mundum est cor, is omnes homines mundos existimat. B. Iſaias Abb. or. 10.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

Hominum ingenia non sunt, ut vina probantur, ab antiquitate, sed à sanctitate. S. Hier. epist. 104. ad Desiderium, quæ est præfatio in Pentateuchum.

Præcedenti Sæculo fertur in India à Lusitani visus tercentum quadraginta annorum; quinque ter ad juventutem; Massæ nostro teste, rediit. Doultreman de amore l. 1. c. 1. Sect. 3.

§. III.

Juventutem Deo impende.

Tempus faciendi Domino. Psalm. 118. 126. Tempus adolescentiæ, tempus est faciendi. Tempus est fugiendi; quo

te Mundus amœnus insequitur: tempus est resistendi; quo te mala occupare conantur: tempus est abstinendi: quo in te furibundus est sanguis: tempus est prudentiæ; cum prudentissimus inimicus tenebrarum parat; tempus est orandi; cum lingua non errat; cum genua flectere, atque viriliter erigere potes. Hæc omnia senectutem effugiunt. Simon Cass. lib. 8. cap. 40.

Invidet antiquus hostis adolescentiæ hominum; quam affectat maculare delictis: novit enim, quod scribitur: Adulescens iuxta viam suam. Prov. 22. 6. Id. ib.

Da labores Juventutis tux Christo; & in senectute gaudebis super pacatissimæ quietis opibus. Joan. Climacus de inanitate vitæ fuga gradu 1.

L.

TITULUS I.

LABOR.

§. I.

Symbola.

Numerus sextus videtur esse operis, ac laboris; seprimus verò repaulationis. Origenes tract. 6. in Matth.

Cœlum in continuo motu. Lem. indefessus agens. Picinelli.

Gallina. Lem. Præbet industria vultum. Prov. 10. 4. manus fortium avitibus parat. Idem.

Avis in nido ex spinis. Lem. In labore requies. Masenius.

§. II.

Labore paria sunt chara.

Ex Veteri, & Novo.

Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum &c. Ex. 34. Cur non etiam secundas tabulas præparat Deus, & digito suo scribit; ut in prioribus factum? cur totum Moysi committitur? Moyses priores gratis, & sine labore, comparatas fregit: volebat autem Deus posteriores in populo perdurare. Sylveira in Matth. 13.

In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones &c. Num. 17. 5. Mirum, quod Israelitæ peterent cucumeres, & pepones; eum Angelorum escam haberet, omnia delectamenta in se habentem. Sap. 16. 20. Si enim manna dabat saporem cucumerum &c. quomodo in nausea est, & olera Aegypti in desiderio? De manna ait Sapientia: præstitisti illis sine labore. Allia, capæ &c. cum labore habebantur: necesse enim, ut proveniant terram fodere, serere, irrigare.

Tale est hominum ingenium; manna, sicut Angelorum esca, sine labore datum, spernitur &c. Sylveira in Matth. 13. cap. 29. Levissimum quidem deputant cibum, si pondus, atque duritiam, contingat deesse laborum. Petrus Dam. lib. 1. epist. 15.

Reus Salomon adamavit mulieres alienigenas multas. 3. Reg. 11. 1. Sicut modò multi domini ex Gallia, Italia, Belgio, sponas quarunt. Pineda l. 7. c. 6. n. 3. de rebus Salomonis; mirum, quod inter hos foeminarum greges nulla mentio Israelitarum nat: quia scilicet non placent, quæcumque facile obtinentur. Seneca de benefic. l. 3. c. 4. novis cupiditatibus occupati, non quid habeant; sed quid petant; non in id, quod est; sed in id, quod expeditur, intenti: quod enim domi est, leve est. Didacus Nyfl. D. 1. Pasch.

Delibabat per singulos dies, indens coram eo omni tempore laudes in orbe terrarum; & dicitur me esse cum filiis hominum. Prov. 8. 30. 31. Ipse Deus majorem suavitatem in iis rebus invenit, in quibus plus laboris. Itaque vita est incarnata Sapientia coram aeterno Patre oblectari creaturarum suarum specie; sic tamen ut singulari ex hominum consuetudine caperet voluptatem. Hugo Card. potius sunt ei delicia in filiis hominum, quam in Angelis, vel in aliis creaturis à se conditis: quia de iis, quæ accipiunt vel venatione capiuntur, sunt delicia; non autem de domesticis: Angeli autem ad domesticas res pertinent; homines verò venatione prædicationis; & accipiuntur crucis cepit. Didacus Nyfl. D. 1. Quadr. §. 1.

Tenuit eum, nec dimittam. Cant. 3. 4. Erigit animum, vires cogit; ne bonum, quo fruitor, manibus clabatur; quod facile contingat, nisi caveat. Sed cur tam tenax in suo voto est? Laboraverat multum in Dilecto querendo, somno excullio urbem obtineret. S. Greg. Naz. orat. 36. fit enim ferè,

ut, quod non sine labore partum est, arctius teneatur. Vellulo in Judith 7. Paræn. 8.

Thesauri abscondito. Matth. 13. 44. Cur thesaurus hic absconditur? quia dulcora, quæ parva labore. Sylveira hic quæst. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Quæ labore quaerita sunt, hæc & jucundè percipiuntur, & diligentissimè conservantur: nam quorum facilis habetur adeptio, eorum sine dubio fastidiosa possessio est. S. Basilus hexam. l. 5.

Quod aliquis celeriter, facilliquè, adeptus est; id nè retinere quidem magnopere curat. S. Greg. Naz. ad Nemesium.

Contemnitur revera, quæ sunt in promptu, possessio; sed quæ labore parva possidentur, ea verò jucundissima sunt. Theodoretus Prologo in Ezech.

§. III.

Laboris varia motiva.

Ex Veteri.

Transiit ad montem, & succidit tibi, atque purgabis ad habitandum patriam, & poteris ultra procedere. Job. 17. 17. Mons sylvestrosus industria potest domari, ut commodus fiat habitatio. Naxera hic §. 30.

Erant inter ascensus, per quos nitebatur Jonathan transire ad stationem Philistinorum eminentes petra &c. Ascendit Jonathan manibus, & pedibus raptae. 1. Reg. 14. 4. 13.

Nemo nascitur ad laborem. Job 5. 7. Lucifer quæsit hic requiem; & ideo miser cecidit; ut in alterum laboret, ac doleat. Hugo Card. in Gen. c. 1.

Quo laborat sub sole. Eccl. 1. 3. Significat, solem esse laborem moderatorem; dum Oriens excitat homines ad laborem, Occidens ad quietem: dum operantibus lucem, & quæsi faciem præfert; dum eos assiduo suo, & velocissimo motu, ad motum, & laborem stimulat: sol enim singulis horis conficit unum millionem, & centum quadraginta millia miliarum. Hinc illud Pl. 103. 22. ortus est sol &c. exiit homo ad opus suum, & operationem suam, usque ad vespertum. Sol ergo est laboris index, Symbolum, stimulus, & exemplum. Corn. hic.

Nigra sum, sed formosa quia decoloravit me sol. Cant. 1. 4. Formosam se asserit, cum à sole exurit? Certè tunc decoratur animus; cum corpus, otio ablegato, operi incumbit: velut Jacob, qui die æstu urebatur. Gen. 31. 40. Efcobar t. 6. Par. Chr. Sect. 4. Obf. 4.

Mitte illam de caelo sanctis tuis, & à sole magnitudinis eius ne mecum sit, & mecum labore. Sap. 9. 70. Non petit à laboribus ximi; sed in laboribus cum Deo sociari? sperans multò sibi jucundius fore, laborare pariter cum Deo; quam sine Deo vacuum omni labore in deliciis vivere. Mendoza in 1. Reg. 8. Annot. 34.

Sedebo in monte vestramenti. H. 14. 13. O impudens! O impudens! millia millium ministrant ei, & decies centena millia assistunt ei; & tu sedebes? Cherubim, ait Propheta, stabant, & non sedebant. Quid laborasti, ut jam sedas? quid seminasti, ut jam metas? S. Bernardus f. de S. Benedicto.

Ex Novo.

Vocatus operarius. Matth. 20. 8. Cur paterfamilias per se non reddit mercedem operariis, sicut per se eos ad vineam vocavit? Negotium laboris, & meriti; utpote rem majoris ponderis, per seipsum exequitur; illius verò mercedem, ut quid inferius, Procuratori suo

suo committit. Pluris æstima, laborare pro Deo, quam præmiari. Sylveira hic q. 13.

Natus folliciis esse, quid manducetis. Luc. 12. 22. Non dixit Dominus, nolite laborare; sed potius, nolite solliciti esse: nec enim poterat laborem interdicere; qui nec etiam in paradiso hominem otiosum esse passus est. Theophyl. hic.

Fatigatus sedebat supra fontem. Joan. 4. 6. Sunt deambulaciones laboriosæ Jesu, præter ascensus, & descensus; ex quibus fatigatus sedebat &c. ac per hoc Capitis fatigatio membra fatigare justè compellit; ut nec velimus quiescere, ubi ipse voluit laborare. Simon Cass. l. 4. c. 9.

Tolle grabatum tuum, & amula. Jo. 5. 8. Paralyticum sanatus est corpore, & anima à Domino, præscribens rationem salutis anime conservandæ: tolle &c. Jacuas otio torporis; jam noli lecto otiosus addici. Eusebius Emill. surge &c. idest, non sis otiosus: otiositas enim anime inimica est; quæ & vitia nutrit, & virtutes necat. Efcobar. 6. Par. Chr. Obf. 4.

Ego sum optium. Jo. 10. 7. Duo domicilia omnipotens ipse contraxerat; unum in labore, alterum in requie, unum ad agonem, alterum ad honorem; unum in virtute, alterum in beatitudine; unum in gloria, alterum in gloria; unum in via; alterum in patria. Nemo Christianus, nisi per Christum; nemo salvus, nisi per Jesum. Id. l. 7. c. 37.

Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 1. Tim. 3. 1. Probi Evangelii ministri, opera, labores, incommoda, expectant, mente ab acubitu, & cathedra, averfa. Telli sedebat super solam &c. 1. Reg. 4. 13. Efcob. t. 3. Coll. Chr. l. 2. Sect. Obf. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Verè magnum est, & divinum miraculum; quod populo pluit Deus manna de cœlo: & non laborabat populus, & comedebat. S. Ambros. l. 4. c. 4. de Sacram.

Diligentia, & labore, & donatis Dei beneficio, quidvis ex animi sententia succedit. S. Jo. Damasc. Orthodoxo. fid. l. 4. cap. 18.

Fac tu, quod tuum est: nam Deus, quod suum est, facis, absque tua sollicitudine, & anxietate, curabit. S. Bernardus de Consid. ad Eugen. l. 4.

Omnis laboris remedium alterius laboris initium est. Id. ser. de primordiis &c.

Si experientie fidem habeas, paupercule partus longè facilior est, & dolores pauciores: laborum enim consuetudo facilitatem parit. Quamobrem delicatioribus feminis medicis, priusquam partum tempus adveniat, laborem necessariò inferunt. B. Theodoretus f. 6. de provid. Dei.

§. IV.

Labor pro Deo solùm molestus.

Pergeret, & mugientes. 1. Reg. 6. 12. Similes sumus vaccis, quæ Philisthæi Arca Domini supposituræ. Proh! quoriam graviora traxerunt, & durius laborarunt; nec mugierunt: in stabulo emunguntur, & silent. Tacuissent, credo, si aratum ducere per diem, noctemque coactæ essent. Arcam si nemugitum non trahunt. Et eas non miror: nam bruta erant. Et forsitan dolebant à se derelictos, vitulos. Nos verò quæ excitatione mugitus nostros tegimus; qui aratum trahimus non raro leti, & infomtes; arcam verò orationis circumducimus, & mugimus. Oliva l. 4. Strom.

Sic non potuisti una hora vigilare mecum. Matth. 26. 40. Vigilantur remigando, non orando. Marci 6. 48. Circa vigiliam quartam noluit venire ad eos. Et Luc. 5. 5. per totam noctem laborantes nihil cepimus.

Miscellanea.

Frustra seretis semenem, quæ ab ostibus devorabitur. Lev. 26. 16. Non dixit Dominus, non seretis; sed seretis, & frustra seretis: ut gravius esset supplicium, & poena acerbior. Triflis res frustraneus labor. Didacus Nyfl. D. 4. Pasch. §. 5.

Non in ejus (Dei) vacatione cogitetur ignavia, desidia, inertia; sicut nec in ejus opere labor, conatus, industria. Novit quiescere agere, & agens quiescere. S. August. de Civit. l. 12. c. 17.

Deo dante nihil potest livor: eodem abnuente nihil potest labor. S. Greg. Naz. Adv. mulieres ambrosiosè fit ornantes.

TITULUS II. LACRYMÆ.

§. I.

Symbola, & Similitudines.

Ex Veteri, & Novo.

Hoc est mare rubrum, in quo Aegypti, idest, crimina; & Pharaon, idest, diabolus, cum toto suo exercitu submerguntur. Ex. 15. 1. Lucius est cisterna Bethlehem, cujus aquas desiderabat David. 2. Reg. 23. 15. Hic est fluvius Jordanis. R. P. Spanner Poly. Tom. I.

danis, in quo seprofus Naaman mundatur. 4. Reg. 5. 10. Hæc lacrymæ sunt aqua, in quibus capita draconis contribulantur. Pl. 73. 13. Hæc est cella vinaria sponse, de qua compunctionis, & devotionis vinum optimum propinat. Cant. 2. 4. Hæc est probatica piscina, in qua ablatur hostia, id est, oratio, quæ Domino offerri debet. Jo. 5. 2. Hoc est natorium Siloe, ubi cœcus illuminatur. Jo. 9. 7. S. Bernardus fer. 4. de 8. Beatitud.

Lacrymæ meæ stratum meum rigabo. Pl. 6. 7. Quia vilis lecus est stratum, per ipsum Carnem accipimus. Rigat ergo lacrymis stratum suum, quia continuo luctu, & dolore carnis maculas diluit, & cordis duritiem imbre compunctionis emollit; ut, sicut hortus recepta suavi pluvia evidenter germinat, ita caro, lacrymarum fluentis rigata, honorum operum, & justitiæ, germen emittit. S. Greg. in Pl. Pœnit. hic.

Qui convertit petram in stagna aquarum. Pl. 113. 8. Idest, cor durum in abundantiam lacrymarum. Geminiani l. 1. c. 17.

Qui seminavit in lacrymis, in exultatione metens. Pl. 125. 5. Quemadmodum semina opus habent imbribus ita etiam nos lacrymis. S. Chrysof. hic.

Quasi rosa plantata super rivus aquarum. Eccl. 39. 17. aquarum, idest, lacrymarum. S. Bonav. f. 3. D. 7. Pent.

Par tururum. Luc. 2. 24. Turtur, quæ est solitaria, significat orationum lacrymas. S. Vinc. Ferr. f. de Purif.

Induebatur purpura. Luc. 16. 19. Bede Glossa in hunc locum: purpuram regii habitus esse colorem, marinis è conchiliis tinctam, nemo est, qui dubitet: nam conchilla ferro circumcincta lacrymas purpurei coloris, quibus lana tingitur, emittunt. S. Bonav. hic.

Erant autem ibi fons Jacob. Joan. 4. 6. Lacrymæ fons Jacob dicuntur. Theoph. hic.

Collyrio unguæ oculos tuos. Apoc. 3. 18. Lacrymis mundatur oculus interior, ut Deum specialiter: hoc collyrio unguæ oculos tuos. Card. Vitalus apud Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Ros matutinus est (stetis devotionis) de cœlestibus stillans, & quasi unctio spiritus mentem delinens. S. Cypr. de Cœna D.

Tunc respirant plantæ in nocte: tunc & animæ maxime, & magis, quam illæ, rorem suscipiunt. Quæ enim in die Sol aduffit, eadem nox refrigerat. Nocturnæ lacrymæ quovis rore magis contra concupiscentias, ac ardores omnes, demittuntur. S. Chrysof. hom. 26. in Acta.

Semina sunt bona opera; bona studia; semina lacrymæ sunt. S. Bernardus f. 37. in Cant.

O pretiosas margaritas illas in defluxione beatarum lacrymarum. S. Mearius hom. 25.

Postquam homo seminavit, si Deus dat pluviam, & rorem, homo colligit abundanter; aliàs non: ita est de lacrymis. S. Vincent. Ferr. f. 2. D. 3. Pasch.

Christus medetur sudore lacrymarum, incisione venæ, & minutione sanguinis coarcti; ordinando divitiarum damnum. Id. f. 4. D. 17. Trinit.

Balsamum, omnibus odoribus præferunt, uti terrarum Judææ concessum. Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant. Corticis ad medicamenta pretium est: præcipua autem gratia lacrymæ, secunda femini, tertia cortici, minima ligno. Plin. lib. 12. cap. 25. Circa Hierichem pinguislima Judææ regio balsamum nutrit: cujus incisio lapidibus acutis robore stillantem lacrymam ex vulneribus colligunt. Josephus de bello Judaico l. 1. c. 5.

Arbutula balsami. Lem. E lacrymis pretium. Picinelli.

Vitis. Lem. In lacrymis ferunt. Picinelli.

§. III.

Lacrymarum pretium, utilitas, laudes varia.

Ex Veteri, & Novo.

In laboribus & in sudore vultus tui vesceris pane. Gen. 3. 17. 19. Hæc Deus Adamo de viciu corporis: quæ quidem, si ad animam referas, æquæ vera sunt. Nam sicut victus corporis conquiritur est per sudorem corporis ita victus animæ per sudorem animæ. S. Hieronymus l. 10. de Trinit. lacryma sudor animæ. Pianna Ethol. 241.

Intra amplexus floris. Gen. 4. 29. Sicut per emissionem sanguinis febris mitigatur; sic per emissionem lacrymarum, quas cordis sanguinem rectè dixeris, amoris febris mitigatur. Alvarez Illustr. 269.

Super flumina Babylonis flevimus; cum recordaremur Sion; in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Pl. 136. 1. Et lacrymæ pro cantu sunt. Cur Sionis, idest, cœlestis patriæ, memores non canunt; ac organa, musiceque instrumenta, tangunt? Audit sodinus & flevimus: lacrymæ pro cantu fuere, & musice instrumentis. Non autè citharædos vocat Joseph ad patrem suum charissimum plausibus excipiendum; lacrymæ pro cantu sunt. Idem ib.

Diebus Joannis Bapt. regnum calcrum vim patitur &c. Matth. 11. R. P. Spanner Poly. Tom. I.